

Band IV., Nr. 1021, Seite 72-73

Der Kämmerer Heinrich von Biegenburg tritt seinen erbeigenen Hof Ittenbeuren nebst anderen genannten Eigengütern dem Kloster Weißenau gegen dessen Hof in „Habechesmos“ und zweiundneunzig Mark tausch- und kaufsweise ab.

Schmalenegg (vor der Burg), 1244.

Ego, H. de Biginburc dictus, camerarius regie dignitatis, omnibus presens scriptum inspecturis inperpetuum. Cognoscant presentium tenore tam moderni quam posteri, inter me et venerabilem prepositum et suos confratres de Augia sancti Petri tale habitum esse concambium, emptionem quoque et vendicionem mutuo inter nos esse forma subscripta celebratam. Dedi itaque prefato preposito et suis confratribus predia mea, que longo tractu temporis per successionem parentum meorum ad me dinoscuntur iure hereditario sub titulo proprietatis esse devoluta, scilicet curiam in V̇ttinburr¹ et molendinum in Schoren², Rv̇ti³ cum suis attinenciis, curiam etiam in Chembernanc et *schühbüzam* ibidem cum omnibus que sibi videntur annexa et duas *schühbüzas* in Mallinsrv̇ti⁴, curiam quoque in Oberhoven, quam a comitibus Rvdolfo et Hvgone de Monteforti comparavi, cum omnibus suis ap[p]endiciis. Recepti denique pro eisdem prediis a prefato preposito et suis confratribus predium in Habechesmos⁵ et nonaginta duas marcas. Contuli namque predicta predia mea Avgensi ecclesie totaliter et integraliter cum omni iure quo ea possedi, nichil mihi rettinens de hiis, que prediorum eorundem contingunt substantiam.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XL^o. IIII^o., indictione secunda, in plano ante suburbium castrⁱ Smalenege. Ut autem hec firma et inviolata predictae ecclesie permaneant, presentem paginam sigillis tam meⁱ, quam consanguineorum meorum, Cvnradi pincerne de Smalnege, Berhtoldi de Fronehoven, Cvnradi et Ortolfi de Hasenwiler munire procuravi. Testes quoque sunt: Hainricus de Oberhoven, Cvnradus de Bavendorf, V̇lricus de Hagenowe, V̇lricus de Aphelowe, Cv̇[n]radus de Irrinberc, milites; Berhtoldus dictus Selbherre, Hainricus Hvze, Berhtoldus de Tangratwiler, Brvno scultetus de Ravensburch.

¹Ittenbeuren.

²Schoren bildet zusammenn mit Reute das heutige Schornreute.

³Reute bildet zusammen mit Schoren das heutige Schornreute.

⁴Menisreute.

⁵Haggenmoos, Booms, RV ?

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Pergamentstreifen hängen die vier Siegel aus braunem Wachs. Das erste, schildförmige, zeigt einen stehenden Löwen. Umschrift: HAIN(*ricus*). CAMER(*arius de B*)IGENB(*ur*)G (N, M und E gerundet). Das zweite, runde, zeigt in einem schildförmigen, in die Umschrift hineinreichenden Dreieck den bekannten schmaleneckischen Mauerhaken und von der Umschrift: + SIGILLUM . CVNRADI . D(*e Schmalne*)GGE. Das dritte, schildförmige Siegel ist zum Teil zerbrochen und zeigt einen Rautenschild sowie die Umschrift: + SIGILLUM . BERTOLDI . DE . FRONHOVEN (die E gerundet). Das vierte, dem Anfühlen nach zerbrochene Siegel ist in ein Ledersäckchen eingenäht.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 3029

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schmalenegg (vor der Burg)

Aussteller:

Heinrich; von Biegenburg, Kämmerer

Ortsindex:

Apflau Wohnplatz (18289)
 Apflau, Tettwang, FN
 Bavendorf Wohnplatz (20024)
 Bavendorf, Ravensburg, RV
 Blitzenreute : Fronreute RV
 Blitzenreute Wohnplatz (20992)
 Danketsweiler Wohnplatz (20916)
 Danketsweiler, Horgenzell, RV
 Fronhofen Wohnplatz (20999)
 Fronhofen, Fronreute, RV
 Haggenmoos Wohnplatz (19394)
 Haggenmoos, Boms, RV
 Hagnau am Bodensee Wohnplatz (17923)
 Hagnau am Bodensee, FN
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Irrenberg Wohnplatz (20678)
 Irrenberg, Ebersbach-Musbach, RV
 Ittenbeuren Wohnplatz (20079)
 Ittenbeuren, Ravensburg, RV
 Kemmerlang Wohnplatz (20081)
 Kemmerlang, Ravensburg, RV
 Menisreute Wohnplatz (19447)
 Menisreute, Grünkraut, RV
 Montfort, Götzis, Vorarlberg, Österreich
 Oberhofen Wohnplatz (20109)
 Oberhofen, Ravensburg, RV
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Schornreute Aufgegangen (26431)
 Schornreute, aufgegeg. in Ravensburg RV
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV